N. 57. K 777

+

Scientia

Definitio et Etymolog.

1. Scientia est determinatio intellectus ad alteram partem cum certitudine.
2. Scibile dicitur secundum potentiam, Scientia vero secundum actum, vel habitum, ideo non sunt simul natura. Ex B. Thom. 1. part. quæst. 37. art. 7.
3. Scientia à scio dicitur. Scire autem proprie est, rem ratione et per causam cognoscere: Quid autem à
4. Sapientia Scientia differat videtur; quia Sapientia est rerum Divinarum Cognitio: Scientia vero humanarum.
5. Scientia est intelligentiæ, ingeniique viribus excitata ex universalibus principalibusque veris ac necessariis, et primis ac immediatis.
6. Scientia. Heb. Dahath, Maddathh, à verbo iadhahh, novit scivit cognovit, agnovit .... scio, conspicio.

Loci Biblici.

1. Scientia pro Doctrinæ Divinæ cognitione, 2. Cor. 11. vers. 16. pro usu et peritia 8. v. 7. Scientia vera quæ, 1. Cor. 2. v. 2. Col. 2. v. 23. 1. Tim. 6. v. 20. 1. Joan. 5. v. 20. Scientia à Deo 1. Sam. 2. v. 3. Dan. 1. v. 17. Scientia particularis in piis requiritur Joan. 11. v. 22. 2. Cor. 5. 1. Joan. 1. v. 15. 18. et 5. v. 19. Scientia Jesu Christi Philipp. 3. v. 8. Scientia Salutis Luc. 1. v. 77. Scientia Veritatis, 1. ~~Thimo~~ Timoth. 3. v. 7. Scientia falso nominata. 1. Timoth. 6. vers. 20.
2. Scientiarum Dominus est Deus, 1. Sam. 2. v. 3.

~~Patr~~ Patrum sententię.

1. Non omnis qui ignorat immunis est á pœna. ille enim ignorans potest excusari á pœna, qui, quod disceret, non inveniret. illis autem hoc ignosci non poterit, qui, habentes á quo discerent, operam non dederunt, August. lib. quest. et habet dist. 38 can. non omnis.

2. Hęc tota sciencia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per se, et quoniam quidquid est, ex Deo est, et propter Deum est, Idem supra Psalm. 70.

3. Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est; qui se negat scire quod scit, ingratus est. Idem in sermone de Ascensione.
Animę non imputatur ad reatum, quod naturaliter scire non potest, sed quod scire non studuit, et quod dignam facultati comparandę, ad recta facienda operam non dedit. Loqui enim non posse, et scire non posse, infanti naturale est, quia ignorantia illo modo inculpabilis est, sed et humanis affectibus blanda atque grata. Non enim illo vitio illam comparare neglexit, aut vitio quam comparaverat, amisit. idem lib. 3. de liber. arbitr.

4. Magna virtus boni est cognoscere malos, et firma tutela salutis scire quod fugias. Ioann. Chris. de Cognoscibilibus ab homine.
Precedit enim scientia virtutis cultum. Quia nemo potest fideliter appetere quod ignorat, et malum nisi cognitum sit, non timetur. Idem in Politica lib. 3. ~~Philosophicę sequentia~~

5. Scientia parit cognitionem ~~amoris~~ Amor frequentiam frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem impetrationem. Bern. lib. Meditationum.

Philosophicę Sententię

Perspicuum est tria esse genera scientiarum, quae tam animo cernunt Physica, Mathematica et Theologia. lib. 10. Metaph. cap. 6.

2. Scire cur res sit: nihil est, quam primas cujusque causam nosse. lib. 1. de Demostr. cap. 10. t. 36.

3. Scire tribus modis dicitur, nempe aut cognitione universali aut particulari, aut actu et operatione, quare totidem modis intelligitur hallucinari. lib. 2. de prima resolut. cap. 21.

Pareciendome ser propria idea de nuestra Tertulia, la de la Sciencia en general, se podria tomar para lo que se propone, dividiendola en tres partes como se pide, esto es, Phisica, Matematica, y Theologia, siguiendo al Philosofo Lib. 10. Metaph. cap. 6. en que dize lo siguiente =

Perspicuum est tria esse genera Scientiarum quæ sem animo cernunt Physica, Mathematica, et Theologia.

O bien à quererse dividir en sinco partes, podriamos tomar por norte al melifluo Bernardo en su Libro de Meditaciones en las Clausulas siguientes =

Scientia parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem impetrationem.

Por si fuesse de alguna utilidad, se entrega lo q. se ha recogido tocante à la Sciencia, su Difinicion, y etimologia, sugetandome en todo al acreditado sentir de los demas. Bar.na y Mayo 20. de 1738.

El Baron de Rocafort